tio ſi vltro donata reddideris: non a me data quies: ſi alum
num tuum et principem reliqueris ſed quod meum non eſt
auaricia ⁊ crudelitatis metus in ore hominum verſabitur.
Quin fateri libet quod verum eſt. Quis ſi me deſtituas iu-
uente meę ſubſidio erit? quis ſiquando labar aut inclinem
eriget: et conſtituet? quis ornatum robur impenſius reget?
Auguſtus cum amicis quietem dedit ea erat ętate: vt ipſe
tueri data poſſet. Deniqꝫ Seneca ſapienti indecorum fue-
rit: vnde oriatur amico infamia ⁊ nomı̄s labes inde ſibi glo
riam cupere. Verumenimuero teſtor Iouem ⁊ quoſqꝫ hu-
ius vrbis atqꝫ imperij auctores deos fruſtra me Senecę ſu
ſpectum eſſe: meqꝫ ipſum periturū potius: q̄ꝫ tibi quicq̄ꝫ aut
facultatum aut dignitatis adempturum

¶ De Veneno parato Senecę et de Coniuratione Piſo
niana. ¶ Caput duodecimum

H is dictis addidit oſcula ⁊ amplexus blãdiſſimaſqꝫ fa-
cetias vt tum natura tum cõſuetudine: ad odia diſſimulan-
da affabre ı̄ſtructus erat. Et Seneca: qualis omnium qui
cum principibꝰ loquūtur finis eſſe ſolet: reuerendiſſime gra-
tias egit. Verum non minus inſtituta vitę prioris mutat:
rarus per vrbem quaſi valitudine infeſta aut ſtudijs attine
retur. nihilominꝰ poſt aliquot annos clancalum eius mors
attentata eſt: nam cum per Achaiam et Aſiam nõ dona tã-

tum ſed ⁊ ipſa numinū ſimulacra paſſim raperētur miſſis ī
eas ꝓuincias Atto ⁊ Secūdo dicto Carinate: ille libertus
cuiq; ſceleri promptiſſim⁹: hic ⁊ ſuꝑ rapacitatē phūm ſimu
labat modo rhetor exigua ſtipe Athenis. ferebat Seneca in
terim vt inuidiā ſacrilegiorꝝ a ſe auerteret lōginquo rure ſe-
ceſſiſſe ⁊ ita omne odiū in Neronē cōuertebat: quod Nero
ęgerrime ferebat. Tradūt ei venenū ꝑ libertum ipſi⁹ voca-
bulo Cleonicū paratum fuiſſe vitatumq; a ſeneca eiuſdem
liberti ꝓditione: alij ꝓpria formidīe exiſtimarūt: poma q̇dē
quib⁹ eum veneno tollere deſtinarāt reliq̇t. cum ijs tolera-
re ſitim ſoleret ⁊ ꝓ his ꝑfluente aqua ęſtum aliq̇t dies ſeda
uit. conflictauerat ⁊ aduerſus infamiā. cum paulo poſt occi
ſam matrem Nero lrās ad Senatū miſiſſet calumnijs ple
nas ⁊ faſtidio in Agrippinam. et Seneca aduerſo tumore
erat quaſi ꝙ orōe tali cōfeſſiones Neronis ſcripſiſſet. Mox
Roman⁹ ſecretus Senecam apud Neronem calūnijs exa
gitauit vt. C. Piſonis ſocium: ſ; idem validius a Seneca
eodem crimīe agitat⁹ eſt. q̄obrem Piſoni timor ⁊ orta inſi
diarꝝ in Neronem magna moles. quę multos mēſes ſuppſ̄
ſa demum in cōiurationem erumpēs Senecę vltimum fa-
tum attulit: nullo tn̄ compto manifeſto crimīe. Ea detecta
Antonius natalis ne minas quidem ferēs nedum tormēta
pꝛīcipes cōiurationis in tyrānum Piſonem et Senecam
faſſus eſt Credit vt Neronis grām ſibi conciliaret. Nero
eīm Senecę infenſus omnes ad eum opprimēdum artes cō
quirebat. Quādo ergo venenum ꝓceſſit nihil ferro craſſat⁹
eſt. Itaq; primum Natalem eundē ad Senecam miſit ⁊ ſo
lum quaſi viſeret ęgrotum ⁊ pariter cōquereret: quare Pi
ſonem aditu ꝓhibuiſſet ⁊ qđ multo pręſtitiſſet ſi ſolitā ami-
ciciam ⁊ familiaritatem ſeruaſſet. Seneca ad hęc anceps: et
ſpondit. mutuos ſermones ⁊ colloquia neutri cōducere: cę-
terum ſalutem ſuam Piſonis inniti incolumitate. referēte
hęc Natale mittitur eo. C. Syluan⁹ prętorię cohortis tri-
bunus ⁊ vt ſe miſſum a Nerone non diſſimularet ſciſcita-
tum quidem an Natalis dicta ſuaq; reſponſa Seneca ag-
noſceret.

¶ De Morte Senecę ¶ Caput.xiij.

e O die Seneca incertum forte an rex gnarus ex Cã
pania reuerſus ad quartum lapidẽ in rure ſuburba-
no ſubſtiterat. Illuc Syluan⁹ ꝓpinqua veſpera ꝑuenit mi-
litum corona villam ſepſit. Epulabatur ſenex: aderãt vxor
Paulina ⁊ amici duo: Mandata Cęſaris audit reſpondet
miſſum ad ſe Natalem queſtumqꝫ nomĩe Piſonis ⁊ ſe va-
litudinẽ ⁊ quietem excuſaſſe adiecit nõ eſſe ſibi promptũ in
adulatores ingeniũ. Reuerſum Tribunũ interrogat Ne-
ro: an Seneca volũtariam mortem pararet: Reſpõdet de
prehẽſa ĩ eo nulla pauoris ſigna. Aderãt Poppea Sabi
na et Tigillinus et vxor: hic intimus conſiliari⁹ principis:
horũ impulſu regredi Tribunum Nero: mortẽqꝫ indicere
iubet. Scripſit Fabius Ruſtic⁹ non rediſſe eodem itinere
ſed deflexiſſe ad Fęnium p̄fectum expoſuiſſeqꝫ mãdata Cę-
ſaris: tum ĩterrogaſſe an obtemꝑat mouitũqꝫ ab eo vt Cę
ſari pareret fatali omniũ ignauia atqꝫ ſocordia: is quidem
Syluian⁹ inter cõiuratos erat fouebatqꝫ ⁊ eoꝝ ſcelera au-
gebat in quoꝝ vltionem cõſenſerat. Voci tamẽ ⁊ aſpectui
pepcit Verannũ quidẽ vnũ ex cẽturionib⁹ intromiſit q̇ ne
ceſſitatẽ vltimã imꝑaret: tum Seneca nullũ pręſe ferẽs ter
rorem teſtamẽti tabulas popoſcit. Inhibuit centurio. ⁊ ille
Qñ inquit amici veſtris grãm referre meritis ꝓhibeor: qđ
vnũ iam ⁊ tñ pulcherrimũ habeo exemplũ ⁊ imaginẽ habe-
bitis vitę meę cui⁹ ſi memores eritis bonaꝝ artiũ ⁊ famã tã
cõſtãtis amicicię eſtis laturi. ⁊ pariter lachrymas cohercẽs
interrogabat cur obliuioni mãdauiſſent p̄cepta ſapiẽtum:
Vbi tot annos cõtra ĩpet⁹ fortunę p̄meditata rõ: Adiecit
etiã cui mortaliũ Neronis crudelitas eſſet ignota ⁊ ꝙ poſt
matrẽ: vxorẽ ⁊ frẽm: ſublatos educatoris p̄ceptoriſqꝫ vita
reſtaret. exiſtimat̃ Nero ſi p̄ñtẽ habuiſſꝫ. facile ad miſc̃diaꝫ
flecti potuiſſe ⁊ ip̃m nõ ꝯtinuo deſpaſſe: nã tribuno: cũ is tũ
primũ veniſſet: ab eo diſcedẽte: notiſſimos eos ꝟſus ꝓnũci-
aſſe fert̃. Hoc ẽ Sperãt q̇ viuũt. deſꝑati morĩetes Iupit̃ eſt
ſuo⁹: qñqꝫ ẽ iupit̃ vo⁹. Deniqꝫ ĩſtãte cẽturiõe iã ſecur⁹ mor
tis vxorẽ amplectit̃: ⁊ aliq̇d ꝯtra p̄ñtem formidinẽ medita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

tus rogat vxorem temperet dolori. Jlla contra: deſtinatam
ſibi quoqꝫ mortem aſſeuerat ſpiculatorēqꝫ expoſcit. Ad hęc
Seneca. Vitę inqͭ delinimēta mōſtraueram tibi vxor: tu
contra: mortis decus mauis. atqꝫ ita vno eodemqꝫ ictu cę-
ſim deducto brachia exoluūt. conſenſit vxori Seneca: ne vi-
duam ſibi vnice dilectam iniurijs expoſitam relinqueret ſꝫ
cum ſenile corpus lenta ſanguini effugia preberet. cruꝝ quo-
qꝫ ⁊ poplitum venas abrumpit ⁊ ne ſuo conſpectu vxoris
animum infringeret atqꝫ ipſe ne videndo eiꝰ tormēta ad im-
patiētiam dilaberet̄ ſuadet in aliud cubiculum abſcedē. Ne-
ro mortem vxori inhibet ⁊ ita blandimētis vitę euicta adie-
cit ſibi paucos poſtea annos laudabili ī maritum memoria
et ore ac membris ī eum pallorem albentibꝰ vt oſtentui eſſet
magnam partem ſpūs cum ſanguine fuiſſe egeſtam. Jntēa
feſſus lentitudine mortis Seneca Statium Anneū ami-
cum ⁊ arte medicinę ꝓbatum orat: ⁊ ꝓuiſum pridē venenū
quali olim publico iudicio rei athenīēſium extinguebant̄ ꝓ-
meret. Jd quidem vt reor Socraticum poculum fuit: alla-
tum cōfectus ſenex hauſit impigre: fruſtra tamen frigidus
iam ⁊ clauſo corꝑe aduerſus vim veneni: poſtremo ſtagnū
aquę calidę īgreſſus ꝓximos ſeruoꝝ reſperſit hac emiſſa vo-
ce. Liquorem hunc libamus Joui liberatori. qḋ paulo poſt
Thraſeas Petus ęmulatus eſt: nam et ipſe mox damna-
tus ſolutis venis in cubiculum ⁊ ꝓpius vocato queſtore in-
quit. Libamus Joui liberatori: ſpecta iuuenis ⁊ omen qui-
dem dij ꝓhibeant: cętera in ea tpa natꝰ es quibꝰ firmare aīm
exemplis cōſtantibꝰ expediat. Sꝫ inde Seneca balneo illa-
tus et exanimatꝰ vapore: ſine vllo cremat̄ funeris ſolemnī.
ita codicillis ꝑſcripſerat cū etiā tum prędiues ſup̄mis ꝯſulēt

De Conſtantia. L. Senecę. Caput: xiiij

i Uuenalis in decima ſatyraꝝ diuitias peperiſſe mor-
tem Senecę teſtat̄ apertiſſime cum inqͭ cenſus iuſſu
Neronis clauſit Longinum ⁊ latos Senecę ꝑdiuitis hor-
tos. Animi conſtantia ſemꝑ ingens fuit ⁊ qḋ ſępe dictitare

ſolebat quod ex oratiõe Demoſthenis epitaphio eſt. Vni-
uerſę quidem virtutis cõſultatio eſt principium finis vero
conſtãtia. Proxime accedit illud Saluſtianum Prius cõ
ſulto deinde mature facto opus eſt. Id omne ſemper Sene
ca cõſtantiſſime executus eſt nam Syluano ad ſe ingreſſo
pręfatus eſt non eſſe ingenij ſui cuiq̄ꝫ adulari. Id vero nulli
notius q̃ꝫ Neroni ſiquidem is ſępius Senecę libertatem q̃ꝫ
ſeruilitatem expertus eſſet. Nouiſſimo quoqꝫ tormẽto ani
mi integer ſuppeditante eloquentia aduocatis ſcriptoribus
plęraqꝫ edidit in quibus epitaphium circumfertur tale. En
ra labor meritum ſumpti ꝓ munere honores. Ite alias poſt
has ſolicitate animas. Me procul a vobis deꝰ euocat. illicet
actis Rebꝰ terrenis Hoſpita terra vale Corpus auara ta-
men ſolemnibꝰ accipe ſaxis Namqꝫ animam cęlo reddimꝰ:
oſſa tibi. Ego hoc carmen magis ab quoq̄ꝫ alio ſcriptum fu-
iſſe arbitror q̃ꝫ a Seneca. tamen vulgo nomine eius cõſtan
tiſſime legitur. Fuit autem honeſta comitate pręditus ⁊ vi-
ta continentiſſimꝰ ſomni viniqꝫ parciſſimi vt de ſe ad Luci
lium ſcribit in epiſtola octogeſimaquarta numero earum q̄
extant multę enim interciderũt ⁊ ita codices mutilati legũ
tur loquit̃ illic de ſenectute ſua: vbi etiam Valerij cuiuſdam
pueri ſui memĩt his ṽbis Progymnaſios meos ſi q̃ris vnꝰ
mihi ſufficit Valeriꝰ vt ſcis mihi amabilis: ſꝫ mutabit̃ iam.
aliquẽ teneriorẽ q̄ro hic q̇dẽ ait nos eãdẽ Criſim hr̃e: quia
vtriqꝫ dẽtes cadũt. Delectabat̃ hoc puero vel potiꝰ infante
ſenex ob amabiles luſus. Amauit ex oĩbꝰ maxime Lucanũ
fratris filiũ de quo etiam tum tenerę ętatis ita loquutꝰ eſt.
Nõ minꝰ puericiam q̃ꝫ infantiam ſuam me mirari cogit Lu
canꝰ meꝰ ſiquidẽ infanti apes melito trophę fuerũt: vt hoc
non tm̃ Heſiodo Demoſtheniqꝫ contigiſſe fabularemur: at
nũc ⁊ blandus ⁊ prudẽs: ⁊ laſciuus ⁊ pulcher apprimeqꝫ ve
recundꝰ eſt ⁊ pudicus ſupra annos niti videt̃. Sodalitatẽ
tenuit coniunctiſſimam cum. M. Portio Latrone rhetore
egregio a prima puericia vſqꝫ ad extremum eius vitę finem
Sub Marullo quidem vterqꝫ ſtudijs ꝓfęcit. Metronatẽ
philoſophum cũ in ſeceſſu Neapolitano eſſet audiuit: ſenex

iuniorem: vbi documēto fuit ſeni quoqꝫ diſcendum eſſe vel a
iuuenę ⁊ qđ vulgo ferť ꝓbauit. Prȩſtat diſcentem mori q̄ꝫ
ſtultum viuere. Delectabatur Seneca viſere rhetoras ⁊ ali
os alia percūctari. ⁊ cum id ſępe faceret incidit in ſcholā Te-
ſtij. Is ſibi tātum tribuebat vt orōnes ſuas orōnibus Cice
ronis p̄ferret ⁊ acrimonia quadam agēdi auditorio perfre-
quēti vtebatur. ſolebat ex cōſuetudīe dicere: ſi Thrax eſſem
Fuſius eſſem ſi pantomimus eſſem Batyllus: ſi equus: Me
liſſon ad quę Seneca ſubridēs ⁊ ſi cloaca eſſes magna eſſes
inq̇t. Ad qđ alluſiſſe videť Martialis eo ꝟſu. Nō eſt Teſti
us ille ſꝫ caballus. qꝛ Teſtius dixit ſi equus eſſem meliſſon
eſſem. Ingenio fuit facili ⁊ copioſo ſtudijſqꝫ plurimi ⁊ multę
rerum cognitionis. Aſtrologię admodum perit⁹. memoria
nō modo acri ſꝫ etiam mira: nam duo millia noīm: item ducē
tos ꝟſus eo quo audiuerat vel cōuerſo a fine ad initium or-
dine ſtatim ſe recitaſſe dicit. Velox ad complectēda q̄ memi
niſſe vellet nec min⁹ tenax qđ rariſſimis accidit ad cōtinēda
quę acceperat: p̄cipue viridiore ętate. Annis ꝟo grauiorib⁹
difficultati ſpirādi laborauit. aſſignato morbo: qđ Suſpiriū
ipſe: gręci Diſponeam appellāt. Obijt autē pꝛīcipat⁹ Ne-
ronis anno vndecimo ⁊ vt volūt biennio ante martyrium
apl̄oꝝ Petri ⁊ Pauli: anno ętatis ꝓpe ſexageſimo octauo.

De Odio Neronis in. M. Lucanū. Caput. xv.

f
Ama fuit. Fl. Sobrium cum centurionib⁹ occulto cō
ſilio neqꝫ ignorante Seneca deſtinauiſſe vt poſt occi
ſum opa Piſonis Neronem Piſo quoqꝫ interficereť quē
principem cōſtituerāt traderecturqꝫ imperium Senecę q̄ſi
inſonti ⁊ ad imperādum delecto claritudīe ꝟtutum ad q̄ vi-
deť Iuuenalis intendiſſe cum ait. Libera fideť populo ſuf
fragia: q̇s tam perdit⁹ vt dubitet Senecam p̄ferre Neroni
qua re intellecta Nero ſcrupulum aīo dempſit: tuti⁹ ratus.
Celeritatem rei maxime addidit Lucani odium: quem Cę
ſar exoſus proſtrauerat q̄ſi ęmulum glorię. audiuerat enim
gręce ⁊ latine declamare ſolitum: ciuerat potentē in foro ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

actione cõtra Octauiũ ſagittam quẽ damnauit ꝙ Pontiã
cõfodiſſet. Hęc enim in grãm huiꝰ Octauij tum Tr. Pl. ⁊
pollicẽtis ſe cõiugem: viꝝ ſuſtulit: mox rem ꝓferre: ac differ
re: volũtatis paternę pręterto: re vera nundinabat̃ ⁊ expe-
ditiorem iam ſibi maritum q̃ſierat. Sagitta vt aĩo ſatiſface
ret tãdem vnicam noctem emercatꝰ eſt. ⁊ intromiſſus cum
vnico liberto: ancillam vulnerat: Pontiã occidit ⁊ mox vt
tribunatu abijt ſñia patꝝ lege Cornelia de ſicarijs cõdem-
nat̃. ſed Neronẽ plꝰ poeticę ſtudiũ incẽdit. nã cum q̇ Clini-
um Ruffum Niaben ſe ꝓnũciaturꝝ pollicitꝰ eſſet: ꝓnuncia
uit in theatro Pompei ĩ certamĩe pẽtetérico. Lucanus ꝟo
nihil ĩterponẽs ⁊ ipſe Orpheũ recitat ⁊ p̄latꝰ Neroni coro
nã a iudicibꝰ accipit. nõ tulit id Cęſar: cuiꝰ ingeniũ fuit non
hoĩm mõ ſed artium q̊ȝ principatũ vendicare prius cõuicijs
laceſſiuit: mox foro ⁊ theatro ĩterdixit. cuiꝰ etiam rei Papi
nius meminit in his phaleuticis. Ingratꝰ Nero dulcibꝰ thea
tris. Et noſter tibi p̄feret Orphꝰ. Quas ob res Lucanꝰ
cum ſe p̄mi odio aĩaduerteret adhęſit cõiuratis ſcripſitqȝ
tũc eos clariſſimos ꝟſus q̇bꝰ aĩm. ſuũ ad libertatẽ pronum
detexit. Cõſilio iuſſuqȝ deum trãſibis in orbem Magne tuã
ſummuſqȝ feret tua buſta ſacerdos. Corpꝰ em̃ Pompei ni
ſi extincta Julioꝝ familia Romã trãſferri nõ poterat. Fer
tur añ recitationẽ Orphei q̃ſi ꝓlucidũ quoddã fęciſſe multꝰ
in laudibꝰ Neronis q̃ oĩa experimẽta ĩgenij ſui appellabat.
pollicituſqȝ eſt ſe edituꝝ paulo poſt tres libros Pharſalię
quos quales videmus primos cum vxore emendauerat: re
liquos ſeptem vt de ſe Ouidius dixit emendaturus ſi licu-
iſſet erat. Ciuilia bella ſemꝑ deteſtatꝰ eſt vt in ſexto de Sę-
ua Cęſariano maximi nominis milite. Pronꝰ ad omne ne
fas vt qui neſciret in armis ꝙ magnum virtus crimen ciui-
libꝰ eſſet. Hoc eodem tempore Saturnalia ediderat ⁊ incẽ-
dium Troianum Priamiqȝ calamitatem ſimul ſyluarum
libros decem ⁊ Medeam tragędiam inchoauerat. Addunt
opus nomine Catacoſmon ⁊ ſalaticas fabulas decẽ ⁊ Hip
pamata proſa oratiõe ⁊ librum epiſtolarum ex Campania
qui omnes: eiꝰ ſcriptoris qui legit iudicio nõ faſtidiẽdi. Ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

les tamen vt belli ciuilis acceſſio videantur. ſingulis quidē annis vires ſuas ī ſcribendo tentabat explorabatqꝫ adeo vt pręfatione quadam annos ⁊ eruditionem cum Virgilio cōparatus dixerit. Ecquātum mihi reſtat ad culicem? cum tamē intelligi vellet ſe iam longe ſupgreſſum. Tum Athenas ſtudioꝝ gratia adhortāte etiam Seneca ſe cōtulit ſed poſt aliquot menſes reuerſus auerſum Neronem experiebatur quare ī dicta cauſa ſenatu abijt: ⁊ patrem tūc ruſticātem vt res ſuas componeret ī vrbem reuocat: ꝑfecturꝰ mox in Hiſpaniam: ſed interea aduerſus pricipem neqꝫ dictis neqꝫ factis temperauit: adeo ꝙ cum in latrinis publicis quondam eſſet: crepitu edito hemiſtichium Neronis magno conſeſſorum aſſenſu ꝓnunciarit. Sub terris tonuiſſe putes: nec carmine infamatorio contra Neronem abſtinuit.

De Morte. M. Annęi Lucani Caput. xvi.

D Etecta cōiuratione cuiꝰ pene Lucanꝰ ſignifer fuerat: eius quoqꝫ cędes imperata eſt. Acilia. C. Acilij equitis Romani ⁊ oratoris (cuiꝰ olim nō mediocre nomē apud prouīcię ꝓconſules fuit) filia Lucani mater ſine abſolutiōe in ſupplicio diſſimulata eſt. nam Lucanꝰ ⁊. L. Quintilianꝰ et Tulliꝰ Senecio diu fateri renuere ſꝫ ꝓmiſſa impunitate corrupti. Lucanꝰ vt puto ī grām Neronis parricidę imprimis matrem Aciliā Quītilianꝰ Clytiū Gallum Senecio Annęū Pollionē amicoꝝ pręcipuos noīauere. Atqꝫ interim Nero recordatus Voluſij Proculi iudicio Epicharin teneri ratuſqꝫ muliebrē aīm imparē dolori tormētis dilacerari iubet. at illam nō ignes nō verbera peruicere: quin obiecta ꝑnegaret. Proſtridie ꝟo cum ad eoſdem cruciatꝰ retraheret. geſtamine ſellę reſtricto indidit ceruicem ⁊ corꝑis connixa pendere tenuem iam ſpūm expreſſit clariore exemplo libertina mulier cum equites Romani ſenatoreſqꝫ intactis tormentis cariſſima ſuorum pignora proderēt. Non omittebāt Lucanus ⁊ Senecio paſſim cōſcios edere. Annęum Senecā ⁊. C. Calpurniū Piſonē noīauerat priꝰ Natalis:

q̄obrem ei et Ceruario Proculo īpunitas tradita eſt. No
uio Priſco p amiciciam Senecę et Anneo Pollioni infa-
matis magis q̄ꝫ cōiunctis data exilia Cęſo Laterano conſu
le deſignato Anitius Cerealis ſuſtitut⁹ eſt collega Nero-
ne cui ac diuo vt templum e veſtigio pecunia publica erige-
ret in Senatu ſentētiam dixit. qd cum audiuit Nero auer
tēs omen minabūdus increpuit ꝛ ſibi illudi cōqueſtus eſt:
obſtitit autem: quoniam is deoꝝ honoꝛ principi non niſi cū
deceſſit habebat. At Lucanus codicillos ad patrē ſcripſit:
vt is arbitrio ſuo emēdaret. poſtea largiter epulat⁹ ad ſecā-
das venas medicum acciuit ꝛ cum extrema ſibi frigeſcere in
tellexit: verſus pnunciaſſe fert: q in ſe huiōi moriētis imagi
nem cerneret eos ipſe de milite ante fecerat. Nullo nomīe a
ſerpente Hęmorrhoide puncto in libro nono ſuę pharſalię.
Sanguis erant lacrimę quę cūqꝫ foramina nouit Humoꝛ:
ab his largus manat cruoꝛ: oꝛa redundāt Et patulę nares:
ſudoꝛ rubet: omnia plenis Membra fluūt venis: totum ē p
vulnere coꝛp⁹. Deceſſit autem pridie kalēdas Maij Silio
nerua ꝛ Attico Veſtino cōſulibus quo etiam Seneca: q̊ꝫ
idem Lucanus cōſul deſignat⁹ cum Plancio Laterano fu
erat. anno ętatis ſeptimo ꝛ viceſimo nondum finito ſepul-
tus eſt ī hortis ſuis: vbi tale potuit inſcribi diſtichum. Coꝛ-
duba me genuit rapuit nero plia ſcripſi. Quę geſſere pares
hinc ſocer inde gener.

¶ De bengenio Lucani Poetę et de morte Gallionis ꝛ fa-
to Melę. ¶ Caput. xvij.

SCriptoꝛ fuit varius copioſus ſublimis cōcitat⁹ et vt
Fabius Quintilianus cenſet magis oratoꝛib⁹ q̄ꝫ poe
tis imitādus. ſed ꝛ iudicio Petreij Grammatici hoc tātum
Virgilio inferioꝛ q ſtylum aliquādo frāgere ꝛ mutare nō
potuit ſemp em eſt idem: nec vllo vnq̄ꝫ acoꝛe ſuauitatem ni-
mis inoffenſam reſperſit. Diuus quoqꝫ Auguſtin⁹ in libro
cui⁹ index eſt de cōſenſu euāgeliſtaꝝ Lucanum declamatoꝛē
poetam appellat. Silius italicus quotānis ſepulchꝝ Vir
gilij quaſi ſacrarium aliquot viſere ſolit⁹ eſt. Ita Papini⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

natalem Lucani religioſiſſime ſolemniqꝫ ꝑuigilio ꝓſequeba
tur ⁊ ętate nr̃a Pomponi⁹ Lętus eiuſdem res hoc carmine
nobilitauit. Bethis habet natale ſolum ẽ annęa ꝓpago. De
genitore Mela dat mater Acilia terris: Vix luna octonos
cęlo ꝯfęcerat orbes: Cum me Roma ſui reſperſit Tibridis
vnda: Seruatumqꝫ foro traxit phęboqꝫ dicauit. Hic ſyluę
geminęqꝫ faces: reus inde ſagitta: Orpheus ingrati ſtimu-
lus liuorqꝫ tyranni: Dum ciuile nefas: aperit pharſalia nr̃ę
Inuidit famę Nero: ꝑ muſęqꝫ canẽtis Interrupit op⁹ gla
dio: veniſqꝫ refectis Aſſertore ſacros maculauit ſanguine
vult⁹. Lucani mortem ſequuta ẽ mors Galionis: hunc em̃
pauidũ ⁊ ꝓ ſua incolumitate ſupplicẽ increpuit Saluien⁹
clęmẽs in ſenatu etiã coram Nerone hoſtẽ ⁊ paricidam vo
cãs deum ĩ ſe man⁹ conciuit mortem ei⁹ in ſuam pñtiam dif-
ferẽte Nerõe. Is ille Gallio q̇ Tubij Octoni libros An-
tiphontis eſſe dicebat. ꝙ ĩ ill' multũ de ſuo ĩſcriptũ erat. huic
etiam obiectũ ꝙ in Fęnij Ruffi laudãdis ꝓbis nimius fue-
rat. Addã ea ne hui⁹ etiam cauſa mortis ignoreť. Nero iter
rogauit Fęnium cur ſacramẽti oblit⁹ eſſet. Oderam te inq̃t
vbi incẽdiarius vrbis et Hiſtrio Popeęqꝫ aurigator ⁊ pa-
ricida es matris. collaudatio hui⁹ conſtãtię mortẽ Gallioni
properauit. potuit ⁊ idem hic Gallio eſſe qui pręſes Achaię
Paulum apl'm liberũ eſſe iuſſit: cũ circũciſi in eum cõſpiran-
tes ad tribunal traxiſſent: vt in hiſtoria euãgeliſtę cernitur.
Sꝫ Mela ad tumultum reuerſus: dum exequi quę codicill'
Lucan⁹ mãdauerat: dum rem familiarem quam a Cęſare ĩ
dotem filię. L. Senecę impetrauerat: diligẽti⁹ colligere ſtu
det a Fabio Romano Lucani olim amiciſſimo ĩ iudiciũ tra
hiť adulterinas a ſilio ad patrem ſcriptas lr̃as Neroni tra
dit: quib⁹ lectis ꝓ patricida cõdemnatus ⁊ ipſe venas ſoluit
promptiſſima eo tp̃e ad mortẽ via. codicillis in. M. Opho-
niũ Tigillinum ⁊ Coſſutianũ Capitonem Tigillini gene
rum: magnã pecunię vim: vt cętera manerẽt: cõuertit. tum
addidit querelas ſe mori nullis ſupplicij cauſis. Iniquitas
exitij inhiaſſe eius opib⁹ Neronem apertiſſime oſtẽdit. Sꝫ
iam de ſtudijs Senecę loquamur

De Ingenio et eruditione. L. Senecę
Caput Decimūoctauū

ſ Eneca vt dicam quod ſentio int̄ pręcipuos oratores
nunq̄z habitꝰ eſt. plus quidē glorię Junius Gallio in hoꝝ fa
cultate fuit aſſequutꝰ ⁊ ſi is quoqȝ tinnitibꝰ orōnis ⁊ florido
genere dicēdi fucato: meretricioqȝ eloquutiōis ornatu vſus
eſt. ⁊ quātum ille lēta ⁊ nimis graui dcōne vtebaꝛ̄ tantum
hic cōcitata ⁊ ioculari laſciuiebat. Extitiſſe A. Galliꝰ teſtaꝛ̄
qui eum dixerit vulgari ⁊ ꝓtrita fuiſſe orōne. ſentētijs inep
tum ⁊ leuem: eruditione plebeia. Quintilianꝰ etiam de p̄cep
tore ſuo tale facit iudicium. Daꝛ̄ vitio ꝙ rerum pondera mi
nutiſſimis ⁊ puerilibꝰ ſentētijs fregerit ⁊ his dulcibꝰ vitijs
abūdauerit: nec ſine calumnia adiecit hęc. Multę quoqȝ et
magnę v̄tutes fuerūt in Seneca: vt plurimaꝝ rerum ꝯgni
tio in qua tamen aliquando ab his quibus inquirenda quę
dam mandabat deceptus eſt. ſed eiuſdem nationis homini
inuidiſſe diſſimulare non potuit. cur enim eo de moribus di
ſputante eum improbat ſtylum quem nihil magis q̄z argu
tię ⁊ ſententiarum crebritas ornat. fouit etiam infamiam. ⁊
id in libro octauo: vbi ſcriptum quod Nero ad Senatum
miſit occiſa matre Senecę aſſcribit. atqȝ illic repetitionem
laudat: quę eſt ſaluū me eſſe nec credo nec gaudeo. cum Ne
ro ſe periclitatum videri vellet. Sed et Gellius nititur om
nino e manibꝰ adoleſcētium excutere: nec me fugit Quintili
ani iudicium apud pleroſqȝ adeo valuiſſe vt de Senecę ſcri
ptis hęc iactare ſoliti ſint. Aedificium ſine cęmento in horū
numero Traianus Cęſar fuit. ſed ⁊ ante hos. C. Caligula
arenam ſine calce eſſe dicebat ⁊ cōmiſſiones meras damna-
tur in eo antiquitas aliquando: rariſſime tamen importune
repetita: veluti cum cęlos diceret et ſi. T. Lucretius in li-
bro naturalium ſecundo quis pariter cęlos cōuerteret: di-
xerit Quintilianus robuſtis iam et ſeueriore dicendi gene-
re ornatis legendum exiſtimat: et addit multa enim: vt di-
xi: probanda in eo: multa etiam admiranda: eligere modo cu
rę ſit. Sed idem alibi in philoſophia parum diligentem pu-
tauit: quia non ſectatus eſt ſententias gręcorum: egre-

gium tamē vitioꝝ inſectatorem fuiſſe fatetur. Sʒ age Frā-
ciſcus Philelphus inquiſitorem tam diligentem: criticum
tam ſeuerum nunq̇d pari talione hominem in pręceptorem
ſuū tam ingratum taxauit: qui ī vltima epiſtolarū libri ter-
cij ita de Quintiliano ſcripſit. Quātum ex eiꝰ ſcriptis anim
aduertē poſſumꝰ: nōnulla cōmoda p̄cepta artis habet. mul-
ta cōmemorat: multa colligit: ſʒ ita diſſimilis ſui eſt vt: q̄ ali-
os docet: ipſe ignoraſſe videat. verum cōcedamꝰ illi doctrinā
ſi ita libet omnino mouēdi partes delectādiqʒ nullas habet
Hęc ille. Ego vo terſiſſime ⁊ ſumme appoſite dixiſſe ſcripſiſ
ſeqʒ Quintilianum quātum iudicio aſſequi poſſum iudico.
ſed quę collegit nō multum laboris ei impoſuiſſe. nāqʒ maxi
ma eoꝝ pars nūc etiam alijs quādoqʒ vbis apud Ciceronē
legit ⁊ certe Ciceronis adiecit inuentis nō ipſe ſuo innixus
eſt robore. Gratior in p̄ceptorem Plinius Cęcilius q̇ ſemꝑ
Quintilianū eundē vt diſcipulꝰ pijſſime nomiat: caſtigatiſſi
męqʒ doctrinę fuiſſe: ampliſſimo teſtimonio ꝓfitetur.

¶ Quę ſcripſerit Seneca Caput. xix.

n Unc vero ſcripta Senecę recenſere libet: ſcripſit de
Remedijs fortuitoꝝ ad Gallionem fratrem librum
vnum. De Clęmētia ad Neronem duos. De beneficijs ſep
tem. De Ira tres. De Uita beata vnum. Cōſolationem ad
Martiam. Conſolationem ad Albinam matrem quam ex
ul Cyrni edidit. De Trāquillitate vnum. Quod in ſapien
tem nō cadit iniuria. De cauſis ciuilibꝰ. de artibꝰ liberalibꝰ.
de gubernatiōe mūdi ſingulos. de moribꝰ ⁊ de formula hone
ſtę vitę adulterini ſunt nam qui ſcripſit chriſtianus fuiſſe vi
det. Prouerbia etiam quę dicunt Senecę aut nō ſunt Se
necę aut miſturam habet. Cōſolatio ad Paulinum ſiue ad
Polybiū de Polybio liberto. C. Cęſaris cum ſcripto an
nexo de breuitate vitę ad eundem nō eſt. L. Senecę ſed. C.
Druſi filij Druſi Germanici qui Tiberium habuit patru-
um Auguſtum auūculum. M. Antonium auū Germani-
cum frēm natu maiorem ⁊ is qui ſcripſit tūc exulabat. talia
de ſe idicat ipſe liber: veꝝ ego poſterioꝝ temporum potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

arbitror videlicet Priſciani vel circiter in pſona eiꝰ qui fue
rit ex Cęſarum familia. id cum ſtylꝰ ꝓdere mihi videt̃ tum
quędam dictiōes quę apud veteres infrequētes leguntur.
vt multotiēs ſeptem miracula orbis cōuerſatio compatior
Pręterea vbi legit̃ magnum miſeriarum meaꝝ ſolatium ē
videre miſericordiam eiꝰ. Seneca dixiſſet clęmentiam: cum
apud ſtoicos ita hęc a miſericordia differat: vt a ſupſtitione
religio. Scripſit etiam de coſmographia aliquot volumīa
vbi in ſitu indię eos arguit qui gangen dicūt ſeptem hoſtijs
deſcēdere ⁊ cum loquit̃ de ſitu ⁊ ſacris ęgypti circa ciuitatē
Sienen locum eſſe oſtēdit quem Philas vocāt: q̄ illic Iſis
placata fuerit. Scripſit etiam de naturalibꝰ queſtionibꝰ li-
bros pulcherrimos octo ⁊ quędam alia minuta. Epiſtolaꝝ
moralium quinqꝫ ⁊ viginti vtiliſſimū atqꝫ amęniſſimū opꝰ
ſed nō omnes eoꝝ libroꝝ partes extāt. Indicat hoc A. Gel
lius qui teſtat̃ Senecam ī viceſimo ſecūdo eplaꝝ in Enniū
in Ciceronem in Virgilium quędam ſcripſiſſe quę nuſquā
apparēt. Legunt̃ etiam eiuſdem libri aliquot declamationū
decem in manibꝰ ſunt ⁊ vt puto ipſi mutilati hominum īcu-
ria ſed nō exiſtimant̃ omnes vniꝰ: fertur ⁊ idem accidiſſe de
clamationibꝰ Quintiliani. nam Poſthumus iunior terciꝰ
a patre Cęſar et Auguſtꝰ appellatꝰ in declamationibꝰ adeo
diſertꝰ fuit: vt eius cōtrouerſię ſcriptis Quintiliani dicant̃
inſertę ⁊ idem Seneca in libro ſexto Quintiliani cuiuſdā
declamatoris memīt: quapropter quidā declamatiōes huic
attribuūt. Potuit autem is auus eſſe. M. Fabij Quintilia
ni et Romę rhetorem Fabio nepoti gradum facere. Fabio
certe ⁊ Flauius Domitianus Cęſar familiariter vſus ē ei-
qꝫ nepotum curam delegauit: cōſtituit autē ⁊ nouam ſcho-
lam ⁊ ex fiſco ſalarium: quę duo primo hominū Quintilia-
no Romę cōtigerunt. At Seneca declamatiōes ſuas An
nęo nouato ⁊ Annęo Senecę Melę filijs dicauit. ita index
adhuc habet in libris vetuſtioris manꝰ ſcripſit ⁊ aliquot li-
bros Progymnaſmatū ad pręexercitatiōes rhetoricas per
tinētes. Ego hos eos puto quos ſuperiꝰ declamationū di-
ximus: aut ſaltem quos appellauimꝰ de cauſis ciuilibꝰ. certe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

nūc horum non legūtur niſi fragmētaria quędam. Tragę/
dię etiam decem extant quaꝝ nomīa ſunt hęc Hercules fu/
rēs. Thieſtes. Oedipus cęc⁹. Hippolytus. Oedipus Al/
tera: Troas Medea. Agamemnon. Octauia. Hercules.
oethacus. Oedipus prior imꝑfecta legit̄: nec omnes eiuſdē
eſſe volūt ſed paucas ⁊ peiores. Octauiam ꝟo Senecę phi
loſophi fuiſſe nemo ſane mētis exiſtimabit q̇ attēti⁹ eam le
gerit: ſȝ ex eadem familia ali⁹ poſterioris. Duos fuiſſe omni
no in numero poetarum ſęculo ſuo teſtat̄ Martialis cum i/
quit Duoſqȝ Senecas vnicumqȝ Lucanum Facūda loqui
tur corduba: Et hęc claroꝝ virorū dinumeratio quam ſępe
facit at dubitare cogit de Quintiliano cum nuſquā int̄ Hi/
ſpanos eos recēſeat: certe miror q̄re tacuerit p̄ſertim cum ei
multum tribuerit nam de eo ita loq̇tur Quintiliane vagę
moderator ſummę iuuētę Gloria romanę quintiliane togę
Uerum ipſe Quintilianus Hiſpanos ꝓuinciales ſuos ap
pellat qua ex re ꝓculdubio ex Hiſpana gēte fuiſſe cōſtat ⁊ ſi
Euſebio credim⁹ ex familia Calaguritana. Atqȝ diu⁹ Hie/
ronym⁹ ex ea ciuitate fuiſſe ſcripſit ex qua etiam tpe Theo/
doſij Cęſaris Aur. prudētium Clęmētem latinum chriſti/
anū ⁊ nō ignobilem poetam floruiſſe teſtat̄. Sidonius quo
qȝ ex nr̄is nō infacūdus vtriuſqȝ Senecę elegater meminit:
ei⁹ verſus hi ſunt Non q̇d Corduba p̄potens alumnis Fa
cundū ciet hic putes legēdum. Quoꝝ vnus colit hiſpidum
Platona. Incaſſumqȝ ſuū monet Neronē. Orcheſtram
quatit alter Eurypidis Pictum fęcib⁹ Heſchylum ſequu/
tus Aut plauſtris ſolit⁹ ſonare Theſpin Cui poſt culpita
trita de cothurno Ducebāt olidę marē capellę. Sȝ ⁊ Qui
tilian⁹ de Philoſopho loquēs ſic ait. Omnem fere ſtudio/
rum materiam tractauit: nam ⁊ orōnes ſcripſit ⁊ ei⁹ dialo/
gi ⁊ poemata efferūtur. Nūc etiam legit̄ dialog⁹ de deſcēſu
Claudij in cęlum vbi pulchri ⁊ acuti ioci ſunt: ſȝ gen⁹ dicēdi
nō placet Idem Fabius aliq̇t exempla adducit de tragędijs
ſemperqȝ eundē videt̄ ſignare. Ita etiā declamationū vni⁹
meminit eodem nomīato auctore: atqȝ alio ī loco ſic loquitur.
Memini iuuenis admodum iter Pomponium ⁊ Senecā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

etiam de præfationib⁹ eſſe tractatum vbi Pomponium ſe-
cũdum intelligo latinoꝝ tragicoꝝ principem cum Seneca
etiã vt credi par eſt poeta ⁊ eodem philoſopho contendiſſe.
Contẽtio vero inter eos fuit de genere dicẽdi ſiue de modo
eloquutiõis an grad⁹ eliminat in tragœdia dici oportuiſſ; p
eo qđ eſt ſi recte cõijcio: exit domo. Extat ⁊ libellus epiſtola
rum: quę quibuſdam inuicẽ miſſę credũtur. ⁊ a Paulo apo
ſtolo ad Senecam et a Seneca ad Paulum indicium ma
gnę amicicię: ſed nõnulli multis ratiõib⁹ eam opinionẽ ex-
plodere nitunť: præcipueq; ꝙ caracther vtriuſq; ſcripti vni⁹
eiuſdemq; ſcriptoris eſſe videť. quodq; elegãtiam antiquita
temq; illam caſtigatiorẽ ſapere nõ videnť. Sed hi cõfligũt
cum ſcriptis Diui Hieronymi. Nam illaꝝ extat mentio in
ei⁹ opere de viris illuſtrib⁹. Ego litem hãc decidere non au-
ſim: quin de ea re id eſſe potuiſſe aſſentior qđ Hieronymum
conijci pt ⁊ decet exiſtimaſſe. S; et Auguſtinus in epľa ad
Macedonium memĩt epľaꝝ Pauli ad Senecam. fuiſſe vo
ipſum ĩ omnis gratos amicos liberalẽ Vel Iuuenalis oſtẽ
dit cũ ait. Nemo petit modicis quę mittebanť amicis a Se
neca. Alij ſanctorum catalogo adijciũt. alij mere ethnicum
vixiſſe cõtendunt

De ſentẽtijs Senecę   Caput. xx.

Sententias vero quis colligat: eſſet enim volumen p
ſe: ſed vt ex his aliqua noſtris rebus inſeram⁹ de deo:
de fato: de natura ⁊ de fortuna ſic ſenſit. Non intelligis in-
quit te cum dicis. Natura hoc mihi præſtat mutare nomen
deo. Quid enim eſt aliud natura: q; deus ⁊ diuina ratio to-
ti mundo ⁊ partib⁹ eius inſerta quotiẽs voles tibi licet ali-
ter hunc auctorem rerum appellare ⁊ Iouem optimũ ma-
ximum rite dices: ⁊ tonãtem ⁊ ſtatorem qui non vt hiſtori-
ci tradiderũt ex eo ꝙ poſt votum ſuſceptum acies Roma-
norum ſtetit a fuga: ſed ꝙ ſtant beneficio eius omnia ſtator
ſtabiliorq; eſt. hũc eundemq; ⁊ ſi fatum dixeris non mentie
ris cum fatum nil aliud ſit q; ſeries implexa cauſarum: ille ẽ
prima oĩm cauſa ex qua ceterę pẽdent: q̃cũq; voles illi nõia
ꝓprie aptabis vim aliquam: effectumq; cęleſtium cõtinẽtia

tot amplexiões eius pñt eſſe quot munera. hunc ⁊ liberum
patrem: qꝛ omnium parens ſit: Herculem qꝛ vis ei⁹ inuicta
ſit quã doqꝫ laſſata operib⁹ editis in ignem receſſura. Mercu
rium: qꝛ ratio penes illum eſt quocũqꝫ te flexeris ibi illũ vi/
debis op⁹ ſuum ipſe implet. Ergo nihil agis ꝗ te negas deo
debere ſꝫ naturę qꝛ nec natura ſine deo eſt nec de⁹ ſine natu/
ra ſed idem eſt vtrumqꝫ nec diſtat: ſiq̇d a Seneca accepiſſes
Annęo te diceres debere vel Lucio nõ creditorem mutares
ſed nomen: ſic nũc naturam voca fatum fortunamqꝫ omnia
eiuſdem nomĩa ſunt. Idem de morte. Mors eſt oĩm dolorũ
exolutio ⁊ finis vltra quam mala nr̃a non exeũt: quę nos ĩ
illam trãquillitatem in qua anteqꝫ naſceremur iacuimus re
ponit. Mors nec bonum nec malum eſt. De purgatiõe aĩoꝝ
ſic. Integer ille anim⁹ nihilqꝫ terris relinquens fugit: paulũ
ſupra nos cõmoratur: dum expurgant inhęrẽtia vitia: ſitũ
qꝫ omnis mortalis eui excutit. De mũdo et elemẽtis ſic: Ni
hil quo ſtat loco: ſtabit: omnia ſternet abducetqꝫ ſecum ve/
tuſtas: necabit omne aĩal orbe ſummerſo ⁊ ignib⁹ vaſtis tor
rebit incẽdetqꝫ mortalia: ſidera ſiderib⁹ incurrẽt ⁊ omni fla/
granti materia vno igne quicquid nunc ex diſpoſito lucet
ardebit. Fęlices aĩę ex ęterna ſorte cũ deo corpa in antiqua
vertentur elementa. De vita noſtra frequẽter dixit: Om
nis vita ſeruitium Dicebat eciam nos ab eo pendere cui qđ
optimũ in nobis eſt debeam⁹. De ſapiẽte ⁊ finib⁹ et v̇tutib⁹
atqꝫ affectib⁹ diſſerebat: vt exactę Stoicus. Hoſtis irę con
tra patrocinium Peripateticoꝝ. Pudorem ⁊ verecũdiam
probauit ſupra ſtoicum quod ⁊ Cicero in officialib⁹ ſuis fe
cit Lactantius imprimis eum carpit ſuper diffinitiõe philo
ſophię. De ſtatuis ſic aliquãdo ſcripſit in libris moralibus.
Simulacra deorum venerantur: illis ſupplicãt illis ſtipem
iaciũt fabros autem qui illa fecere cõtemnunt: quid inter ſe
tam cõtrarium ꝙꝫ ſtatuarium deſpicere ſtatuam adorare et
ne cõuictu quidẽ admittere qui deos tibi faciat. De quibuſ/
dam ſcriptorum etiam loquutus eſt: Homerũ quidem om
nia ſciſſe. Uirgilium nouiſſe res verbis ⁊ verba reb⁹ confer
re. Ouidium vero neſcire qđ benedixit relinquere. De Tul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

lio ſic dixit: Lege Ciceronē compoſitio eius vna eſt pedem ſeruat: curuat lenta. ⁊ eſt ſine infamia mollis ⁊ alio in loco. Quorundam non eſt compoſitio: modulatio eſt adeo plauditur: quid de illa loquar in qua verba differuntur. ⁊ diu expectata vix ad clauſulas redeunt quia in exitu lenta qualis Ciceronis eſt deuexa ⁊ molliter deſinens nec aliter ꝗ̄ ſoleat ad morem ſuum pedemq̄ꝫ reſpondens.

¶ De Nobilitate Cordubę ⁊ aliquę Hiſpanię.
¶ Caput viceſimum primum..

h ęc de Seneca et Lucano. ſed prius libet ꝗ̄ huic hiſtorię finem faciam de Corduba colonia romana ⁊ in Hiſpanijs prima: quędam notari pręcipueq̄ꝫ ex lectione Strabonis. Incolę inquit putantur ſapientia pręcellere: ⁊ litterarum ſtudijs antiquiſſime vſi ſunt: vt memorandę vetuſtatis habuerint volumina vatumq̄ꝫ antiquiſſimos codices leges quoq̄ꝫ verſibus conſcriptas ab vſq̄ꝫ annorum ſex millibus. Pręterea neq̄ꝫ vna fuere lingua contenti: nam in monumentis eſt Aſclępiadeum Myrleanum in Turdetanis litterarij ludi magiſtrum fuiſſe. ſed et Gręca vtebantur poeticamq̄ꝫ Cordubę agitatam nec Cicero tacet nec Seneca qui in declamatione Ciceroniana Ciceronis verba refert. ea ſunt in oratiōe pro Archia. Q. inquit Metellus pius vſq̄ꝫ eo de ſuis reb⁹ ſcribi cupiebat: vt etiam Cordubę natis et pingue ſonantibus atq̄ꝫ peregrinum aures ſuas dederet. Nunc vero plurimum armis eius incolę dediti ſunt. Philoſtratus ē auctor Apollonium Thyaneum Bethicam coluiſſe ⁊ eas vrbes quę Bethin attingūt. Bethis quidem fluuius eſt qui proxime Cordubam alluit ab ortu circumacto alueo pulcherrimum habet pontem: vbi ingēs rota ad leuādas aquas in canalem arci ſeruientem. Vrbis noſtra tempeſtate ciuium capita habet circiter duodecim millia Baſilicam primariam continet titulo ſemper virginis columnis nobilem: ſunt enim Mauro artificio ad delectabilem ꝓſpectum ſatis ingenioſe diſpoſitę ⁊ vltra numero ꝗ̄ mille ⁊ tre

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

cētę:alię porphyreticę: alię Synadicę:aliquę etiam onychi
tides: ⁊ aliquę ex ophitico lapide .ingens earum numerus
ex Romanis ędificijs ſiquidem huiuſmodi res Theodoricꝰ
Liuphranduſqꝫ alijqꝫ Gotici atqꝫ Longobardi ⁊ deinceps
Rauennę exarhi principeſqꝫ barbari in varia loca tranſtu
lerunt. Ex hac ortos ciuitate tradunt pręclaros illos natu
ralium ſcriptores Auicennam: Auerrhoim. Rhaſim. Al-
bucaſſem vel Albubacherem. Aliabatã ⁊ Anampacem lin-
guę omnes Arabicę ſed ingenij pręcellentis: in quis pręni-
tet Auerrhois cum Arabes omnes naturali credatur ante
iſſe doctrina. Hinc etiam ⁊ Algazeles qui eadē dialecto me-
taphyſica ⁊ Alpharabius Albunaſar cognomento qui de
diſciplina militari ſcripſere. Hos ſequitur non vulgaris ſcri
ptor patria Gerundenſis: nomine Moſes: fato iudęus: pro
feſſione theologus. Sed hos omnes pręceſſit Zoar pręno-
mine Eben hoc eſt dominus: fuit enim rex Cordubenſium ⁊
princeps ſcholę quę Arabi gręca a gręca ⁊ arabum litteratu-
ra dicta eſt. Sed et Alphonſus rex primus Tabulam: qua
nunc vtimur numerariam aſtronomię digeſſit: oſtenditqꝫ
quod opus tamen alij referunt ad quendam Halim clariſſi
mum aſtrologum is cognomine dictus eſt Eben Rhagel.
quia ⁊ ipſe ex regulis fuit. Item alius Eben multi nominis
dictꝰ Arenos: rex Valentię eiuſdem generis qui libros de
animalium natura ęmulatione Ariſtotelis cõſcripſit ſatis
affluente copia. Eſt igitur clariſſima nobilitate ingeniorum
Hiſpania nec iam Italię Gręcięqꝫ cedit ⁊ vt liquido hoc ĩtel
ligatur libet mihi cuneum quendam hoc loco interſerere vi-
rorum illuſtrium. Mitto Viriattũ Luſitanum. mitto Mã
donium ⁊ Indibilim claros duces. an Traianus an Hadri
anus an Theodoſius Arcadius Honorius et Theodoſius
alter Romani cęſares pudendi fuere. Hinc Vlpiorum no
bile genus. hinc Melę iuricõſulti ⁊ iunior ⁊ ſenior. Regulo-
rum quoqꝫ familiam tradit Joſephus ex Corduba originē
habuiſſe. Unde cum alij multi tum is Hęmilius Regulus
qui in Caligulam cõiurauit. Silius Italicus ex Italica vr
be Bethicę Pompeius Trogus qui hiſtoriam tam vberē

ſcripſit Comus poeta ⁊ Junius Columella Gaditani. M
Martialis ⁊ Licinianus poetę celtiberi ex vrbe Bilbili. P.
Licinius Barcinonenſis ex Barcinone quoqꝫ claruit Ro
mę Surarum familia ſatis ampla Ualerianus et Prudē
tius ex Calagurio Decianus poeta ⁊ Julianꝰ orator Eme
ritenſis ex Tarrhacone Paulus Oroſius hiſtoricus qui
in patria diu vixit carthagine apud Aphros obijt ſed Ro-
mę ſepultus eſt in fano Euſebij ad Tropęa Marij. Auitꝰ
gręce eruditus vertit dogmata Luciani in latinam linguaꝫ
notiſſimus Oroſio Jſidorus varię eruditiōes ſed confuſa-
nec ex carthagine ſpartaria. Pactianus Barcinonenſis
Dexter item Pactiani epiſcopi filius: ad quem miſit dedica
uitqꝫ Hieronymus librum de viris illuſtribus: fuit is pręfe
ctus pretorio vt legitur in demonſtratiua eiuſdem contra
Rufinum. Fuit ⁊ Barcinonius Olympius qui ſcripſit ad
uerſus eos qui dicunt non inobedientia ſed natura inſertū
naturę humanę malū. Damaſus papa vt creditur ex agro
Gerundenſi: Leander frater Jſidori epiſcopus Hiſpalēſis
cui idem Jſidorus in dignitate ſucceſſit: ad quē mittit dicat-
qꝫ librum moralium diuus Gregoriꝰ Jtem Maximus Cę-
ſar auguſtanus epiſcopus ⁊ ex Hiſpania hiſtoricus. Jn his
nō ignobilis Braulio etiā Cęſaraugustanus: floruit Mau
ricio cęſare ad quem dicata ſunt collectanea naturalis hiſto
rię Jſidori. tum Julianus Toletanus tum Eutropius prę
ſul Ualentinus elegans ſcriptor cum Juſto eius fratre epi
ſcopo Jlergetano. Helius iuuencus preſbyter Cardinalis
qui euangelia heroico explicuit. Pręterea Hatylius Seue
rus de genere illius Seueri ad quem Lactantij duo epiſto
larum volumina ſcripta ſunt. ſcripſit is librum de vita ſua
nomine cataſtrophen et Ualentiniano principe obijt La-
tronianus quoqꝫ metrico opere veteribus comparandus:
cęſus eſt Treueris cum Priſcilliano Feliciſſio et Eucratio
a Factionis Hyctianę auctoribus. Fuit etiam ex Hiſpania.
P. Audientius qui ſcripſit opulētiſſimos cōmentarios cō
tra Manicheos Sabellianos Arrianos ⁊ photinios qui et
Bonoſij cognominati fuere. Jtem vt ad inferiora tempora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

deſcendamus Ramundus Barcinonenſis: quo adiutore i
Decretalium libris Gregoriꝰ papa vſus eſt ⁊ alter Ramū
dus Lullus ex inſulę maioribꝰ. Tum Lucianus Colom-
nius is maioribus obijt ⁊ ſepultus eſt. Sed ⁊ multi alij ob
ſcurioris nomīs quos recenſere tędio eſſet. Adijciam pic q̄z
aliquid gr̄a Culumellę: eundem Strabonem teſtari in vno
ętatis ſuę cenſu equeſtris ordīs Gaditanos viros quingē-
tos eſſe cenſos: quod in nulla tunc Italicarum vrbium pre
ter Patauinos euenit. Id volui notari vt q̄nta fuerit Hiſ
pania tum hominum claritudine: tum rerum omnium ſplē-
dore eo tempore cōijci poſſit: cum ex vna ciuitate: ⁊ quę i an
gulo orbis terrarum eſt ⁊ in oceano tanta nobilitas conſpi
ci potuerit. Nos vero hęc colligere ſcribereqꝫ ſuperſediſſe-
mus: ſi quę Fabius Ruſticus in hiſtoria complexus eſt ite
gra haberentur. Is enim vitam omnem Senecę diligentiſ
ſime conſcriptam ſuis inſeruiſſe hiſtorijs ab omnibus credi
poteſt qui Cor. Taciti legerūt annales. Scribēt vero alij
fortaſſe plura: ſed maiori diligētia accuratiuſqꝫ vt hiſtorię
veritas eluceat certum habeo fore pauciſſimos:

**Pauli Pompilij de vita Senecę ad Lopim de
canum Valentinum hiſtoria finit. Ex ſodalita-
te litteratorū ſancti Victoris et ſociorū in Qui-
rinali.**

Teſtimonium vitę Calliſti Tercij Pontifi-
cis Maximi pie integerrimeq; actę quocūq; ſuę
ętatis gradu.

¶ Paulus Pompilius ad muſam ſuam

q Ui nūc heroum meditaris carmina Clyo:
Dic age: num latios tentas ornare Catones:
Nunquid Ariſtidem: vel qui vi contudit omnem
Sparthani faſtum: libertatemq; redemit:
Et patrijs potuit fęlix occumbere Thebis.
An potius lętis pręconia cantibus illi
Adijcies: contra nymbos atq; ęquora terris
Omnibus eſt ingens cui condita lignea moles/
An qui iram auerſi modulatus Nablia flexit
Sępe dei: certe non fruſtra Barbyton aptas:
Concinnaſq; fides: admota comminus aure
Tentatis neruis: et hianti molliter ore
Nec tu etiam phębum dictura es: vanaq; priſcę
Numina culturę: cum nondum clara per omnes
Biſſenis terras tuba vocibus acta cucurrit
Ingenium tu muſa meum: cui dicere laudes
Eſt ꝓprium: dic quem nuꝑ tibi contigit altę
Ob mentis precium: ꝟtutes atq; retentas
Mirari: exemplum noſtrę admirabile vitę
Nimirum hic Alphonſus erit: ſic Setabis illum
Patria: ſed terno Calliſtum Roma vocauit
Ordine pontificum: Petri cū prora nataret
Temonem docto ceſſiſſe aliquā do magiſtro.
Borgia ꝓgenies antiqui ſanguinis: vnus
Nobilis hic atauis: doctrina: moribus: omni
Parte Melethęi digniſſimꝰ ore poetę.
Vera cano: quo fit verear ne ꝑmere: quicq̄d
Hiſtorię pariter: totꝰ teſtatur ⁊ orbis.
Dic rogo: quis nam hoīm noſtro qui tempore ſacris

Se dederit rebus ſponſa requieſcit in vna?
Huic ſatis vna fuit cõmiſſa Ualentia iuſto
Cum titulo: renuens apicem ⁊ vi pene coactus
Puniceum accepit: ſed ⁊ alti culmen honoris
Cui inhiant alij: potuit quoqꝫ ferre rogatus.
O cęcę mentes hominum: quas peſſima turbat
Ambitio: clauſa oſtendũt his artibus aſtra
Alphonſi modus ⁊ vitę frugalis honeſtas.
Nouerat ante tamen fortunę quaſlibet horas
Ipſe ſuę diuinitꝰ: ergo optauit ⁊ iſtis
Eſſe exemplo alijs in rebus. Deniqꝫ tractu
In toto vitę: quis regum fędera? pacem?
Quis bellis curat poni feruentibus arma?
Quis pacat populos? quis Conciliabula ſoluit?
Semper ad hęc pſ̃to eſt Alphonſus Borgia: terra
Atqꝫ mari: nũc ad zephyꝝ: nũc miſſus ad Eurum:
Nunc recta ſeptem legatus ad vſqꝫ Triones.
Uerum quo raperis? ſatis eſt iam muſa canatur
In Turcas odium: belliqꝫ impigra voluntas.
Sancte ſenex: cęlo ſtatim ſubiture parabas
Tu ne arma in Turcas? Bizanti tu ne putaſti
Magnanime atqꝫ inuicte ſenex munimina poſſe
Iam per te redimi ſcythicis defenſa ſariſſis?
Sed iam te reddit cęlo octogeſimus annus.
Mitte libros: legiſti iam ſatis. I. pete vultus
Diuinos: illic tibi contemplare tuendo
Lecta: ⁊ apud ſummũ noſtri reminiſcere regem:
Nos quoqꝫ quo capiat ſtellantis regia cęli.
Sint hęc pauca ſatis Elyo: iam Barbyton intra
Thecam conde ſuam: et ſerua: cras plura canemus

¶ Sylua Alphonſina finit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

Vita ſenece Explicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]

Paper mark 1484 Lemm Vol 2 p XIII fig 3 -
P & Flower 1484

Incipit

opusculum tripartitum de decem
preceptis per m J gerson

168 G 30 / 3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 G 30 [1]